



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XII. De Privilegiis Commissariorum earumdem Provinciarum, & eorumdem  
Fratrum S. Augustini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

eis respective inviolabiliter observari: Sieque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caſarum Palatii Apostoliſi Auditores, judicari, & definiſti debere; ac irriſum, & inane ſi fecus ſuper hiſ a quoquā quavis auſtoritate ſcienter, vel ignoranter conterit attenari.

§. 3. Non obſtantibus præmissis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus fit, duarum Provinciarum, & Ordinis huiusmodi, etiam juramento, conſirmatione Apoſtoliſa, vel quavis firmitate alia roboratiſ Statutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indulſis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet confeſſis, coaſfirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum in fertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceterisque con trariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Pifatoris die XV. Aprilis MDCCI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

## XII.

Confirmatur Decretum Cardin. Protectoris de Privilegiis Commissariorum duarum Provinciarum in Inſulis Philippiſis Eremitarum Sancti Auguſtini Difcalceatorum Congregationis Hispanie.

De Procuratoribus, & Diffinitoribus dd. Provinciarum vide Conſtitutionem precedentem. Item ſequentem ubi agitur de Vocalibus in Capitu lis.

Dat. 15. Apr. 1701. An. I.

## CLEMENS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

Nuper pro parte dilecti filii Joannis Antonii a Sancto Auguſtino Procuratoris Generali Provincie S. Nicolai de Tolentino in Inſulis Philippiſis Congregationis Hispanie Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Auguſtini Difcalceatorum nuncupatorum Congregationis Vener. Fratrum noſtrorum Sancte Romanæ Eccleſie Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epifcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod cum Capitulo, & Diffinitorio Generali dicta Congregationis Hispanie proxime celebrauto convenientiſſimum viſum fuſſet, ut Commissarii, qui ex Inſulis prædictis ad Hispanias ad deducendos Religioſos pro inſtruendis fidelibus illarum partium in Ministeriis Fidei mitti ſolebant, aliquod præmium aſſignaretur, alioquin nullus Religioſus inveniretur, qui propter viginti ſex miſſium, & amplius miſſiarium dictarum Inſularum ab Hispania diſtanciam tam longum iter ſuſcipere velle, decreverat, ut Commissarii tam dictæ S. Nicolai, quam Candelaria alterius Provinciae in prædictis Inſulis, ſeu Terra firma ejusdem Congregationis Hispanie, qui ſtatiue in Hispaniam præmiſſorum cauſa perverſiſſent Exemptionibus Exprovincialium, ac voce, & voto, five ſuffragio in omnibus Capitulis Provincialibus earundem Provinciarum perfrui valerent, quibus tamen uti nequirent, ſi in Hispania diuitius remanerent, & in eadem Provincias congruo tempore reverti nollent; Ideoque pro parte ejusdem Joannis Antonii eidem Cardinalium Congregationi ſupplicato, ut Decretum huiusmodi, quo iſdem Religioſi ad ſpoule exercendum hoc charitatis opus invitabantur approbare, & conſirmare dignaretur; Eadem Congregatio Cardinalium attenta rela tione dilecti filii noſtri Josephi Renati ejusdem

S. R. Eccles. Cardinalis Imperialis nuncupati di tis Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protektoris ſibi ſuper præmissis facta per ſuum Decretum die 18. Februarii proxime præteri editum eidem Josepho Renato Cardinali, & Protectori benignè remiſit, ut veris existenti bus narratis, & quatenus expedire cenſuſeret, prædictum Decretum Diffinitori generalis pro ſuo arbitrio, & prudentia approbare, & con firmaret; Ipſe vero Josephus Renatus Cardinalis & Protector in vim facultatis ſibi ſic attribuē ſum quoque in præmissis Decretum edidit, tenoris, qui ſequitur videlicet - Josephus Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis, & totius Ordinis S. Auguſtini Protec tor. Vigore ſupraſcripta commissionis, & facultatis a Sacra Coagregatione Epifcoporum, & Regularium emanata, & de veritate, & rationabilitate expoſitorum ſatis inſtructi, conſir manus ſupradictum Decretum Capituli, & Diffinitori generalis Congregationis Difcalceatorum Sancti Auguſtini Hispanie, & Indiarum, & concedimus, ut Commissarii, quos Provincie Sancti Nicolai de Tolentino in Philippiſis, & Can delarie in Terra firma mirtunt in Hispaniam ad deducendos in eadem Provincias Religioſos, qui illuc fideles inſtruant, & in vinea Domini laborent, vocem, & votum habeant in Capitulis Provincialibus ſuarum Provinciarum, necnon ho noribus, Privilegiis, & Exemptionibus eorum, qui fuerunt Provinciales in omnibus, & per omnia fruantur, & gandeant, ſtatiue, ac in Hispaniam pervenerint; quibuscumque in contrarium non obſtantibus. Volumus autem, ut ſi prædicti Commissarii congruo tempore in suas Provincias non redierint, ita ut integrum Miſſionis ſuæ munus actualiter non expleverint, ſtatiue eadem privilegia, honores & immunitates amittant, iſdemque privati, & ſpoliati ipſo facto ſint, & eſſe intelligentur quacumque cau ſa, colore, vel prætextu non obſtantibus. Et ita &c. Datum Roma ex ædibus noſtris hac die 28. Febr. 1701. I. R. Cardinalis Imperialis. Loco & Sigilli.

Decretum  
Card. Protec toris auco ritate Congr. editum con firmanus De cretum Diffi nitori.

Preces Proc. Gen. Pontifi ci. blate pro relari Decre ti confirma tione.

§. 1. Cum autem, ſicut dictus Joannes Antonius Nobis ſubinde expoſi fece, ipſe Decretum huiusmodi, quo firmius ſubſtitat, Apoſtoliſa confirmationis Nofræ patrocinio communiri ſum pōpore deſideret: Nos iſpus Joannis Antonii votis hac in re quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, ſuſpensionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticiſ ſententiis, cenſuriſ, & peniſ a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latiſ, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie absolven tes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationi bus ejuſ nomine Nobis ſuper hoc humiliter por rectiſ inclinati, Decretum præiſertim a memo rato Josepho Renato Cardinali, & Protec tori editum, ut præſertur, auſtoritate Apoſtoliſa, tenore præſentium conſirmamus, & approba mus, illique inviolabilis Apoſtoliſa firmitati robus adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & faeti deſectus, ſi qui deſuper quomodolibet in tervenient, ſupplemus.

Confirmatio  
Decreti Car dinis Protec toris.

§. 2. Decernentes eadēm præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & in futurum quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia plenissime ſuffragari: Sieque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caſarum Palatii Apoſtoliſi Auditores, judicari, & definiſti debere; ac irriſum, & inane ſi fecus ſuper hiſ a quoquā quavis auſtoritate ſcienter, vel ignoranter conterit attenari.

Clauſula.

Preces Proc. Gen. Congre gationi Epif., & Reg. obla te.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & omnibus Provinciis ejusdem Congregationis Ca-  
Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus pitula sua Provincialia eisdem modo, & forma,  
opus sit duarum Provinciarum, ac Congrega-  
tionis, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento,  
confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate  
alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; pri-  
vilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis  
in contrarium præmissorum quomodolibet con-  
cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omni-  
bus, & singulis illorum tenores presentibus pro-  
plene, & sufficenter expressis, ac ad verbum  
insertis, habentes, illis alias in suo robore  
permansuris ad præmissorum effectum hac vice  
dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo  
Piscator. die. XV. Aprilis MDCCI. Pontificatus  
nostræ anno Primo.

## XIII.

Conceditur facultas celebrandi Capitula Pro-  
vincialia singulis Provinciis Congregationis  
Italiæ Eremitarum Difcalc. S. Augustini.

Ab Alex. VII. redactus fuit numerus Vocalium ad  
trinarium ex unaquaque Provincia. Et ab Ur-  
ban. VIII. an. 1631. suppressa fuere Capitula Pro-  
vincialia. Quæ postea concessi fuerunt Provinciæ  
Germaniaæ ab Inn. XII. Conf. ed. 1692. Jun.  
30. P. 1. Hujus Pontif. Constitutione precedentem  
agitatur de suffragio Commissariorum Insularum  
Philippinarum, & Conf. ed. 1702. Dec. 24.  
P. 3. de suffragio consanguineorum.

## CLEMENS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

**E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii vo-  
cales Capituli Generalis Congregationis Ita-  
liae Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini  
Excalceatorum nuncupatorum in hac Alma  
Urbe nostra novissime celebrati, quod cum eo  
tempore, quo dicta Congregatio instituta, &  
a Sede Apostolica approbata fuit parvus esset  
eius Religiosorum numerus, ac omnes Piores,  
& Discreti singulorum illius Conventuum ad  
Capitulum Generale ipsius Congregationis con-  
currenter, notitia qualitatum, & meritorum  
Fratrum magis idoneorum, & virtute prædi-  
orum facile habebatur; Sed postmodum dicta  
Congregatio aucta, & in multas Provincias,  
tam intra, quam extra Italiam erectas divisa,  
ac vocalibus illius Capitulorum Generalium,  
qui duo erant pro singulis Conventibus ad tres  
tantum pro unaquaque Provincia juxta disposi-  
tionem fel. rec. Alexandri Papa VII. Prædeces-  
sis nostri literarum, quarum initium est - *Mili-  
tantis Ecclesie* - reducis, quia illi soli Religio-  
sos ad officia totius sue respective Provinciæ eli-  
gendo pro suo arbitrio proponunt, experien-  
tia compertum fuit, multas inde factiones, &  
divisiones in Congregatione prædicta introdu-  
cas, ac quosdam Fratres parum, aut nullo  
modo habiles, vel idoneos ad exercenda Pro-  
vincialium, Priorum, & alia nonnullarum Pro-  
vinciarum ejusdem Congregationis officia pro-  
motos fuisse, Provinciæque hujusmodi in ma-  
gna adhuc perturbatione reperiuntur, timeri-  
que potest ne etiam in futuram tota ipsa Con-  
gregatio, & regularia illius Instituta contur-  
bentur; ac proinde ipsi Exponentes confide-  
rantes, quantum Provincia Germaniaæ dictæ  
Congregationis profuerit celebrationem Capi-  
tuli sui Provincialis illi alias per quoddam De-  
cretum in Capitulo Generali dictæ Congrega-  
tionis anno 1692. editum, & subinde a rec. me.  
Innocentio Papa XII. Prædecessore pariter no-  
stro confirmatam concessam fuisse, aliis quoque

jurisdictione, & auctoritate, quibus dicta Ger-  
maniaæ Provincia vigore concessionis ejusmodi

Capitulum suum Provincialie celebrat, celebri-  
ant facultatem a nobis concedi, ac ad eum effec-  
tum tam prædictis Alexandri Prædecessoris super

memorata Vocalium reductione an. 1659. quam  
similis mem. Urbani Papa VIII. etiam Præde-  
cessoris nostri literis, quarum pariter initium

est - *Militantis Ecclesie* - super Capitulorum,  
& Diffinitoriorum Provincialium dictæ Congre-  
gationis suppressione anno 1631. respective ema-  
natis, ac Constitutionibus ejusdem Congrega-  
tionis auctoritate Apostolica confirmatis, in qui-  
bus neque Priorum, neque Capitulorum Provin-  
cialium ulla mentio facta reperitur, derogari plu-  
rimum desiderant, omnesque in Aula supradicti

Capituli Generalis congregati solum ad id con-  
fensem per vota secreta præstiterunt, ita scilicet,  
ut omnes Superiores dictarum Provincialium,  
& omnia alia illarum officia pro hac vice

rantur ad triennium durent: Nobis propterea  
humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis  
opportune providere, & ut infra indulgere de  
benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur eorumdem Exponentium vo-  
tis hac in re quantum cum Dominio possumus  
favorabiliter annuere volentes, & eorum singu-  
lares perlonas a quibusvis excommunicationis,  
suspensionis, & interdicti, ahisque Ecclesiasticis  
sententiis, censuris, & penitentiis a jure, vel ab  
homine quavis occasione, vel causa latiss., si  
quibus quomodolibet innodatae existunt, ad  
effectum praesentium dumtaxat consequendum  
harum serie absolventes, & absolutas fore cen-  
sentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de  
Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesie  
Cardinalium negotiis, & consultationibus Epis-  
coporum, & Regularium præpositorum, qui  
rem mature discuterunt, consilio, omnibus,

& singulis Provinciis prædictis petitam Capitula  
sua Provincialia ad instar dictæ Provinciæ Ger-  
maniae, sicut præmititur celebrandi facultatem  
tenore præsentium concedimus, & impartimur,  
auctoritate Apostolica, salva tamen semper in præ-  
missis auctoritate Congregationis eorumdem Car-  
dinalem.

§. 2. Decernentes easdem præsentes Literas,  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, &  
pro tempore quandocumque spelebit, in omni-  
bus, & per omnia plenissime suffragari, & ab  
eis respective inviolabiliter observari, sive  
in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios,  
& Delegatos, etiam Causarum Palatii Aposto-  
lici Auditores judicari, & definiri debere; ac  
irritum, & inane si securus super his a quoquam  
quisvis auctoritate scienter, vel ignoranter con-  
tigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus dicti Alexandri, & Ur-  
bani Prædecessorum literis, aliisque Constitutio-  
nibus, Ordinationibus Apostolicis, ac Congrega-  
tionis Italiæ, illiusque Provinciarum hujus-  
modi, etiam juramento, confirmatione Aposto-  
lica, vel quavis firmitate alia roboratis sta-  
tutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque,  
Indultis, & literis Apostolicis in contrarium  
præmissorum quomodolibet concessis, confir-  
matis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-  
gulis, illorum tenores presentibus pro plene, &  
sufficenter expressis, ac ad verbum insertis ha-  
bentes, illis alias in suo robore permanuris ad  
præmissorum effectum hac vice dumtaxat spe-  
cialiter, & expresse derogamus, ceterisque con-  
trariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præ-  
sentium

Dat. 30. Apr.  
1701. An. I.

In illo duo ex  
singulis Co-  
nobis, sed  
poterat soli  
tres ex una-  
quaque Pro-  
vincia au-  
toritate Apo-  
stolica Capi-  
tuli Gen. in-  
terfuerunt.

Hinc differen-  
tiones ortæ.

Preces Capi-  
tuli Gen. pro  
celebratione  
Capitulorum  
Provincialia  
instar Provin-  
cia Germania-  
& con-  
trariorum de-  
rogatione.

Concessio fi-  
cultatis cele-  
brandi præ-  
Capituli Pro-  
vincialia.

Clauſulæ.